

Zeitschrift:	Bulletin de la SHAG : revue annuelle de la Société d'histoire et d'archéologie de Genève
Herausgeber:	Société d'histoire et d'archéologie de Genève
Band:	3 (1906-1913)
Heft:	1
Artikel:	Lettre du pape Clément VII à Pierre de la Baume : évêque de Genève
Autor:	Ritter, Eugène
DOI:	https://doi.org/10.5169/seals-1002472

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 22.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

LETTRE DU PAPE CLÉMENT VII

A

PIERRE DE LA BAUME

ÉVÊQUE DE GENÈVE

En 1525, au milieu des démêlés du duc de Savoie avec les citoyens de Genève, ceux-ci avaient adressé un appel à Rome, se plaignant de ce que le duc usurpait des droits qui appartenaient à l'évêque. Nos chroniqueurs et historiens, Bonivard, Roset et Gautier, paraissent croire que cet appel était redouté du duc de Savoie.

Mais le document qu'une aimable communication nous permet de mettre au jour établit que le duc s'était gardé à carreau, et n'avait rien à craindre de ce côté. Le pape prend nettement parti en faveur du duc.

Eugène RITTER.

CLEMENS PAPA VII^s.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut plene nobis innotuit, Romanorum reges et imperatores, ex certa eorum scientia et cæsareæ potestatis plenitudine, pro se et suis in sacro imperio successoribus, duci Sabaudiæ pro tempore existenti, quod omnes et singuli sui et sacri romani imperii vassalli, archiepiscopi, episcopi, prelati, homines et personæ, nobiles et ignobiles, Tarentasiensis, Gebennensis, et non-nullarum aliarum tam ultra quam citra montes consistentium civitatum et diocesum ac locorum, tunc expressorum qui tunc

erant, et in futurum forent, omnia homagia, fidelitates, subjectiones et obedientias, ad quæ et quas Romanorum regi et sacro imperio, pro feudis quæ tenebant ab eodem imperio, tenebantur, eidem duci pro tempore existenti, Romanorum regis et imperatoris ac sacri imperii nomine, facere, prestare et recognoscere [tenerentur]; et dictus dux pro tempore in civitatibus, dioecesisbus, et locis predictis, Romanorum regis et imperatoris ac sacri imperii nomine, eamdem jurisdictionem, dominium, regaliam, et superioritatem, prout et quemadmodum Romanorum regi et imperatori pertinere poterant et debebant, haberet, teneret et exerceceret, et nonnulla alia privilegia concesserint; ipsumque ducem pro tempore existentem, in his vicarium suum generalem, ita ut idem dux, ipsius Romanorum regis et imperatoris vicarius, de universis et singulis delictis et excessibus quæ in civitatibus, dioecesisbus et locis predictis, committerentur, per se vel alium seu alios diligenter inquirere, excessus et delicta hujusmodi prout juris foret punire, ac omnia et singula in his necessaria et opportuna exequi et exercere valeret, decreverint; et de hujusmodi vicariatu investierint; neenon eidem duci ut omnes et singulos sibi in premissis rebelles, ac auxilium, consilium vel favorem prestantes, mulctis regalibus et aliis quibus expediri viderent, auctoritate cæsarea punire et castigare deberent, mandaverint; ac principibus, fidelibus et subditis imperii universis, in civitatibus dioecesisbus predictis constitutis, districte preceperint, quatenus eidem duci illam in his, quam ipsi Romanorum regi et imperatori deberent, obedientiam et reverentiam exhiberent, et suis mandatis atque sententiis absque contradictione parerent; ac hujusmodi privilegia et concessiones, per plures Romanorum reges et imperatores, ac demum per claræ memoriae Maximilianum, Romanorum regem in imperatorem electum, approbata fuerint; ac postmodum charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum et Hispaniarum rex catholicus, in imperatorem electus, similibus scientia et potestatis plenitudine, declaraverit, vigore privilegiorum prædicatorum, dilectum filium nobilem virum Carolum, modernum Sabaudiæ ducem, ejusque in ducatu Sabaudiæ antecessores et successores masculos legitimos, fuisse, et esse tunc, et in futurum fore veros dicti imperii vicarios, præsertim in civitatibus, dioecesisbus et locis predictis; neminique alteri licere in illis ipso vica-

riatu uti; quodque archiepiscopi, episcopi, abbates, religiosi, prælati et alii homines et personæ nobiles et ignobiles civitatum, dioecesium et locorum hujusmodi pro tempore existentes, omnia homagia, fidelitates, subjectiones et obedientias ad quæ et quas dicto imperio tenebantur et erant astricti, præfato duci et suis imperpetuum successoribus, tanquam dicti imperii vicariis, prestare et recognoscere tenerentur, et tam idem Carolus in imperatorem electus, quam postmodum felicis recordationis Leo papa X^s prædecessor noster, et demum nos, prædicta et quæcumque alia concessiones et privilegia, dicto Carolo et pro tempore existentibus Sabaudiæ ducibus, per præfatos Romanorum reges et imperatores concessa, ex certa scientia nostra approbaverimus et confirmaverimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur; — ac in civitate Gebennensi prædicta sit officium vicedonatus nuncupatum; quod et cognitio nonnullarum causarum quæ inter cives et forenses oriuntur, necnon executio ultimorum suppliciorum ad eumdem Carolum, et pro tempore existentem Sabaudiæ ducem spectare dinoscantur, ipseque dux pro tempore existens officium hujusmodi per ad id ab eo pro tempore deputatos exerceri facere consueverit et faciat; ac infra dictam civitatem per se seu ejus officiales inibi pro tempore deputatos, quoddam castrum seu domum insulæ nuncupatum, in quo carcerati detinentur, habeat et possideat, ac in pacifica possessione cognitionis et executionis ultimi supplicii hujusmodi existat; et sicut accepimus, nonnulli particulares, ipsius civitatis cives seu incolæ, in rebellionem surgere, et se a subjectione et obedientia, tam ipsius Caroli ducis, eo potissime quod ipse Carolus dux semper episcopis Gebennensibus, et eorum juribus et negociis, contra ipsos favorablem se prebuerit, quam etiam tua subtrahere nitantur: ex quo diversa inconvenientia verosimiliter subsequi possent;

Nos, attendentes seculares principes non solum ad providendum in temporalibus, sed etiam quantum in eis est ea quibus mediantibus subditi facilius premia felicitatis æternæ consequantur, exquirendum datos esse; ac te, et pro tempore existentes episcopos Gebennenses, absque ipsius ducis præsidio, a civibus et incolis ipsius civitatis, et aliis, minus revereri; cupientesque ut status ejusdem civitatis in tranquillitatis amenitate permaneat, et omnis seditionis occasio dicti ducis presidio submoveatur, frater-

nitatem tuam attentius in Domino REQUIRIMUS, MONEMUS, ET HORTAMUR, quatenus fidelitatem et obedientiam ac quas Romanorum regi et imperatori ac sacro imperio, ratione feudorum ecclesiæ Gebennensis cui præesse dignosceris, teneris, juribus, jurisdictione et præminentia tuis salvis, præfato duci, dicti imperii vicario, juxta privilegiorum et concessionum, ac Leonis prædecessoris nostrarumque litterarum, hujusmodi formam et tenorem cum effectu præstes : et eum in supremum in temporalibus Dominum recognoscas; cum etiam tibi ipsius ducis favor in conservandis juribus ecclesiæ tuæ fore noscatur plurimum opportunus; et idem dux jura, jurisdictiones et preheminentias tuas nullatenus ledere, sed ea conservare et tueri omnino intendat, et ita erga eumdem ducem cujus favore ipsi ecclesiæ Gebennensi in episcopum præfectus fuisti te geras, ut te novitatum inimicum ac pacis zelatorem et sincerum prelatum cognoscere, ac propterea integritatem tuam merito commendare possimus.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris,
die XXIX octobris MDXXV°, Pontificatus nostri anno secundo.

EVANGELISTA.

[Au dos :] Venerabili fratri Petro, Ep. Gebennensi.

(Turin. Archives de l'Etat. — Première Section. Inventaire
Genève. Première catégorie. Paquet 11, n. 31.)